

Certaminis Poetici Sarbieviani

STATVTA

1. Certamen instituitur in honorem Matthiae Casimiri Sarbievii, poetae Polono-Latini, qui vixit annis 1595-1640.
2. Certamen instituitur duabus in categoriis:
 - a) carminum conscribendorum Polonice (si carmina Polonica scribere cupis, inspice statuta Polonice conscripta);
 - b) carminum conscribendorum Latine.
3. Certamen eo habetur, ut M. C. Sarbievii opera et memoria colantur simulque ut poetarum contemporalium animi ad poesin conscribendam excitentur.
4. Ut certamini intersis, scribas oportet TRIA varia CARMINA (quae nondum publicata neque praemiis honorata sunt) et mittas usque ad Kalendas Maias A.D. MMXXII in certamen.sarbievianum@gmail.com; materiem suscipias quamlibet qualibetque forma eam induas (carmina non debent esse metrica).
5. A collegio trium iudicium optima carmina eligentur et optimo poetae praemium dabitur in oppido PŁONSK (sito prope vicum, ubi Sarbievius natus erat), ubi seminarium et festum in honorem M. C. Sarbievii habebitur. In antecessum certaminis victorem certiorem faciemus, quando festum sit futurum, et invitabimus, ut veniat (iter suo sumptu faciat oportet, victus et pernoctatio gratis ei dabuntur).
6. Hoc anno, propter leges tempore pestis coronariae latas:
 - a) iis poetis, qui extra Poloniae fines habitant vivuntque, certaminis praemium mitti potest in computum argentarium aut cursu publico; iis tamen, qui in Polonia vivunt, necesse erit ad festum venire, ut praemium accipient;
 - b) nondum statutum est, quando festum, de quo supra dictum est, esset futurum; inde rogamus patientiam vestram – dies mox nuntiabitur.
7. Optima carmina publicabuntur in pagella:
<https://certamensarbievianum.wordpress.com/blog/>
8. Plura de Sarbievii vita et scriptis invenies apud:
<https://certamensarbievianum.wordpress.com>.
9. Si plura scire cupis, scribe epistulam electronicam et mitte in certamen.sarbievianum@gmail.com.